



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 44. Sabrinense colloquium inter Guisium Ducem, Cardinalem  
Lortharingium, & Wirtembergæ Ducem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

**Sæcul. XVI.** insuper eidem promittebatur, quod Hispaniæ Rex ei Sardiniæ Insulas cessurus esset: ast Navarræ Rex de Joanna Albreta repudianda nunquam sibi mentionem fieri patiebatur: aliunde vero ceteræ spes, quibus lactabatur, solidis erant destitutæ rationibus.

## §. XLIV.

*Sabrinense colloquium inter Guisum  
Ducem, Cardinalem Lotharingum,  
& Wirtembergæ Ducem.*

**Thuan. l. 29.** **Mexeray** **chron. abregé** **t. 6. p. 67.** **Belc. comm. l. 29. n. 79.** Cum Condæus Princeps, & Colinus maris Præfæctus potissimum fœdus adversus se conflari perciperent, a Ger- maniæ hæreticis opem, præfidiumque petebant: re autem comperta Guisius Dux, ejusque frater Cardinalis Lotharingius

ræ Regis, sed de illis consobrinæ connubio mentionem facit. n. 7. his verbis: *Nova præterea parabatur affinitas, profutura conciliandæ Antonii, multorumque Galliæ Procerum gratiæ, ad prosperum Concilii progressum: ea erat conjugium, quod agitabatur, ac postea confitum est, inter ejusdem Antonii Sobrinam, viduam reliktam Ducis Novioduni, amplæ ditionis hæredem, & Ludovicum Ducis Mantuani fratrem, & nepotem ex fratre Cardinalis, in quem tanquam primum inter Synodi Præsides filium moliminis præcipua gloria recidebat.*

ringius hæc Germanorum auxilia im- Sæcul. XVI.  
 pedire nitebantur, hacque de re Sa- A. C. 1562.  
 brinam, urbem in Argentinensis Episco-  
 pi Diœcesi sitam veniebant, quem e-  
 tiam locum accesserat Wirtembergen-  
 sis Dux, eo usus obtentu, quod in Mon-  
 tis Pelicardi oppido suorum parentum  
 quempiam visum ivisset. Protraheba-  
 tur ibi horum consultatio ad tertium quo-  
 que diem, ubi nil intentatum relinque-  
 batur, ut Lutheranis magni Calvinista-  
 rum progressus in Francia suspecti red-  
 derentur, eisque persuasum fieret, quod  
 Calvini secta ideo impugnaretur, ut po-  
 stea Lutherani, cum nondum tantopere  
 a Catholicis sejuncti essent, vi lenitatis  
 Sedi Apostolicæ rursus conciliarentur:  
 quapropter Lotharingii Principes roga-  
 runt Wirtembergensem Ducem, ut hac  
 in re suam impenderet operam, ac Ger-  
 maniæ Principes eo induceret, quate-  
 nus ipsorum consilia æqui, bonique con-  
 fulant.

### §. XLV.

#### *Lotharingii Cardinalis oratio pro Confessione Augustana.*

Adducebat secum Wirtembergæ Dux  
 Joannem Brentium, & Jacobum An-  
 dream in Germania accerrimos Augu-  
 stanæ Confessionis defensores, quos ta-  
 men Lotharingius Cardinalis facili ne-

E e 3

gotio